


PRAELECTIONES
PVBLICAS ET PRIVATAS
HIBERNIS MENSIBVS SVSCIPIENDAS
RECTOR
ACADEMIAE GISSENAE
IO. ERN. HOEPFNER
IVRIVM D. ET P. O.
TOTVSQVE
SENATVS ACADEMICVS

INDICIT
ET AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS
CIVES ACADEMIAE
GENEROS. ET NOBILISS.

PERAMANTER INVITAT

D. VII. SEPT. CIO IDCC LV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.



G I S S A E,
EX OFFICINA BRAUNIANA.

404

PRÆLECTIONES

PUBLICÆ ET PRIVATÆ

HIBERNIS MENSIBUS SEPTENTRIONIS

RECTOR

ACADEMIÆ GISSINÆ

IO. ERN. HOPFNER

IVRIVM D. ET. N. O.

TOTVSQVE

SENATUS ACADEMICVS

INDICIT

ET AD EAS DILIGENTER AUDIENDAS

CIVES ACADEMIÆ

GENEROS ET NOBILES

PARAMANTER INVITAT

D. VII. SEPT. MDCCCLVII.

SVE SIGILLO ACADEMIÆ MAIORI

4218-81014

G I S S I N Æ

EX OFFICINA BRUNNANA



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Ordinis sui Senior & h. a. Decanus.

Quæ in historia dogmatum, per universam Theologiam, publicis lectionibus tradenda restant, prima semestris, quod nunc bono cum Deo ingredimur, parte persequetur, atque dehinc luculentam summi Theologi, Jo. Wolfgangi Jägeri, tractationem, de *fœdere gratiæ ejusque æconomia*, sub septem veteris & novi testamenti periodis, aggredietur, potiora momenta in calamus dictaturus, perpetuoque discursu illustraturus. *Exercitium quoque disputatorium* in Syllogen controversiarum Fechtianam, una cum annotationibus selectis denovo imprimendam, separatis quibusdam horis continuabit, nil magis ad confirmandam doctrinam puriorem conducere per-suatus. *Privatim*, quæ in *Theologia dogmatica* explicanda supersunt, ad finem perducet, dictaque, ut firmius animo inhæreant, examinando repeter, illis etiam, qui in historia ecclesiastica, vel aliis sanctioris disciplinæ partibus, sua uti institutione desiderabunt, nusquam defuturus.

D.

*

D.

405



D. IO. HERMAN. BENNER,

Iuris ecclesiastici potiora capita, nostra methodo, publicis hucusque lectionibus, tradidimus, illustrandis historiae ecclesiasticae praecipuis momenti intenti. Hanc aristam porro fricabimus, nili magis theologia naturalis placuerit, atheis, sacrique codicis spretores, & epicureis, (quorum hoc saeculo plerae sunt vrbes) potissimum occursura. Priuatim theologiae dogmaticae campum, nuper absolutum, ingrediemur. Et horis aliis, eam theologiae partem, quae de officiis ac virtutibus ciuium Christi praecipit, nominatimque de prudentia pastoralis, excutiemus, optantes vehementer, ut studium exegeticum, & exercitia disputandi, nostram operam, saepius oblatam, serio deposcant.

IOH. GODEFR. ZENTGRAV,

S.S. Theolog. Profess. publ. extraord.


Praelectiones in Historiam Ecclesiasticam Noui Testamenti ad ductum compendii a cel. & ven. D. BAVMGARTEN anno superiore Halae euulgati, instituet.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT.

Publice ad ductum Illustris SCHMAVSSII ius publicum I. R. G. tradet. Priuatim BOEHMERI introd. in ius digestorum duabus per singulos dies horis explicabit.

D.



D. GOTTLÖB AVGVSTVS IENICHEN,

P. P. O. Seren. Landgrauio Hasso-Darmstadtino a Consiliis aulae, & Ord. Ictor. h. t. Decanus.

Publice in AVG. RVD. IESAIAE BVNEMANNI Primas lineas Historiae iuris commentabitur. Priuatim vero IO. GOTTLIEB HEINECCII Elementa iuris ciuilibus secundum Institutiones ante hoc biennium abs se quam emendatissime edita recitationibus suis illustrabit.

D. IO. ERNEST. HOEPFNER

Publice in explicando iure Canonico perget; priuatim HEINECCII Institutiones & BOEHMERI Ius digestorum explanare incipiet.


D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH.

Praelectiones in B. HEINECCII Elementa iuris ciuilibus secundum ordinem Institutionum Imp. instituet.

In Facultate Medica.

D. GERARDVS ANDREAS MÜLLER

In instante semestri praelectiones suas in Medicinam legalem ad finem deducet, methodum medendi exponet, physiologiam



logiam corporis humani tradere iterum incipiet, & modo auditoribus suis carissimis profit, neque hi sedulo discere dedignentur, vel pathologiam ad ductum cl. LVDWIGII, vel materiam medicam eximium BVCHNERVM securus, fideliter docebit.

D. IOH. CAROL. VOIGT.

Publice in tradendis chirurgiae praeceptis praeunte b. PLATNERO perget. Priuatim angiologiam & neurologiam docebit. Physiologiam insuper explicabit, singulisque saturni diebus exercitium disputatorium instituet, desiderantibus quoque artis obstetriciae praecepta tradet & explanabit; dataque occasione in theatro anatomico in cadauerum dissectionibus atque demonstrationibus omnem collocabit operam.


In Facultate Philosophica.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. ordin.

Absoluta per aestatem parte *Physices generali*, mensibus hibernis *specialem* pari ratione pertractabit. *Historiam philosophicam*, ex optimis scriptoribus & ipsis ubique fontibus hautam, enarrabit; & Philosophiae studiosos *continuis disputationibus* priuatis exercere perget.

ERNE-



ERNESTVS THOM,

Prof. philosophiae actiuae.

Wolffii institutiones iuris naturae & gentium, easque ab initio exponet, & ex Baumeisteri elementis philosophiae recentioris, quae hoc anno edita sunt, institutiones ethicas & politicas pertractabit.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathes. P. P. O. Fac. Phil. h. a. Decanus.

Lectiones nondum ad finem perductas continuabit. De nouo *logicam* h. IV. vespertina, *metaphysicam* h. V, *mathesin puram* tempore auditoribus commodo docebit, nec plura desideraturis deerit.

D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH.

Lectioibus publicis *Historiam Imp. Rom. Germ. vel Historiam Regnorum & Statuum Europae* ex delineatione celeb. GEBAVERI docebit.

PHILIPPVS NIC. WOLF,

Prof. LL. OO.

Publice denuo doctrinam de accentibus Ebraeorum tradet, cui adiuncturus est vel linguam Chaldaicam vel Syriacam, praeunte b. Danzio, pro desiderio Dominorum Commilitonum.



tonum. *Privatim* Ebraeam & Graecam docebit, nec illis, qui Arabicam, duce Cellario, discere voluerint, defuturus.

IOH. GODEF. ZENTGRAV,

Eloquent. & Poëseos Prof. publ. ord.

Profae orationis praecepta denuo tradet ad ductum compendii *Heinecciani*, separatasque horas *exercitiis sili* destinabit. Eloquentiae ligatae cultoribus *Horatii* librum *de Arte Poëtica* rursus exponet; Praelectiones vero in *Virgilio* Aeneida elapso semestri coeptas continuabit; hac ratione vtriusque Poëtae interpretationi, ad statutorum nostrorum academicorum praescriptum, pariter laborem studiumque suum impendet.

Praeterea generosis ac nobilissimis academiae ciuibus praesto sunt magistri peritissimi, publice constituti, qui *artem equitandi, gladio pugnandi & saltandi*, itemque *linguam Gallicam* atque *Italicam* tradunt.

